



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio nona.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

Magistri Durandi de

rantum, ideo & si Deus coagat secundum influentiam generalis intellectibus vnius angelii ut pateant alteri angelo, non sic tamen est de volitionibus.

9. Sed illud videtur satis leuiter dictum. Quia cum eadem ratio sit de volitionibus vnius angelii sicut de intellectibus ut parent alteri angelo, quod deus impedit cognitionem vnius, & non alterius, non est probabile, quia deus nihil substrahit a tota specie quod sit naturae debitum, nec iudicium quod deus sibi referuauit facit aliquid ad hoc quia deus non solum iudicabit de occulis, sed etiam de manifestis: nec solus de interioribus, sed de exterioribus. Sic ergo nihil derogatur iudicio quo iudicabitur de manifestis & exterioribus propter hoc quod sunt nobis nota. Sic nihil praedicaret iudicio eius si volitioes interiores essent omnibus note, in modo contrario (ut videtur) deberet dicere: nam doctores communiter ponunt quod omnia dicta, facta, cognita, bona & mala patet omnibus in iudicio ad hoc ut Dei iudicium appareat omnibus esse iustum.

10. Alii vero dicunt idem & latius (sicut occulus) scilicet quod quilibet angelus videat cogitationem & volitionem alterius non solum quid sit, & an sit, sed de quo sit, non tamen videat de pluribus cogitatibus ab alio quantu, vel secundum quem gradu cogitat de quolibet illorum, maximè quantum ad obiecta secundaria, nec de pluribus volitis sit ad quod magis afficiatur, vel ad quod cogitatibus seu volitibus sit ad quod magis attendat. Cuius ratio assignatur talis, quanto species magis distat a re representata: tanto minus efficaciter representat eam, nunc est ita quod species existentes in mente angelii cognoscuntur cogitationem alterius, & mediante cogitatione rem cogitata magis distat in representando rem cogitata ab alio quam distet species per quam alias cogitare res eadem: ergo ille angelus minus perfecte apprehendit illam rem quam apprendit mediante cogitatione alterius, quam ille alter apprehendit eam, quia immediatus fertur in ipsam per speciem propriam.

11. Hæc autem opinio non probat principalem conclusionem quam ponit, videlicet quod vnuus angelus videat se cognoscere cogitationem & volitionem alterius quid sit, & an sit, & de quo sit, nisi supponat probationem quā ponit precedens opinio, videlicet quod intellectus & voluntas angelii sint quedam actuabilis, & ideo ab alio angelico cognoscibilis. Nec probant secundam conclusionem, videlicet quod vnuus angelus videntis cogitationem & affectionem alterius non videt de pluribus cogitatibus ab alio angelico: quantum, vel secundum quem gradu cogitat de quolibet illorum, nec de pluribus volitis ad quod eorū magis afficiatur, vel attendat. Sed solum probat quod vnuus angelus non ita perfecte cognoscit cogitationem & affectionem alterius, & mediante cogitatione & affectione res cogitatas & volitas sicut ille alter angelus de quo non est multum dubitandum. Veruntamen si consideretur quod vnuus angelus videbet in intellectu & voluntate alterius cogitationem & volitionem eius, necesse est dicere quod cognoscere de cogitatione de quo est, & vnuus est esse affirmativa an negativa, an dubitativa. Et de voluntate vnum est secundum electionem an fugam, maximè si ponatur quod actus intelligendi differant species secundum specificam differentiam obiectorum, quia si actus differat species per differentias obiectorum, (Cum angelus cognoscere de quolibet actu an sit, & quid sit perfecte) oportet quod cognoscatur obiectum a quo habet suum esse speciem. Et secundum hoc cum actus simplex differat species ab actu composito & dividente, & compponens a dividente, necessarium est quod angelus cognoscatur de actu cogitationes cuiuscunq; an sit simpliciter compositus, an divisorius, & de quo obiecto & de quibus obiectis.

12. Si autem aliquis teneret quod omnes intellectiones hominis respectu quorumcumque obiectorum essent vnuus species, ex eo quod proprius actus & propria perfectio aliud ius species quemadmodum intelligere humanum est proprius actus & propria perfectio species humanae, non videatur posse plurificari secundum speciem, tunc posset alio qualiter suffici quod angelus non potest cognoscere de cogitationibus nostris vnuus sint affirmativa, an negativa, nec de volitionibus vnuus sint secundum electionem an fugam. Cuius ratio est quia inter duas formas spirituales eiusdem speciei non videatur posse esse aliqua differentia nisi secundum intensum & remissum, quânuis enim in for-

Sancto Porciano

mis corporalibus quâtitate extensis possint inueniri plures aliae differentiae ratione quantitatis corporeæ, putatur secundum magnum & parum figuratum sic vel alter, tamen in spiritualibus nulla videtur posse reperi nisi secundum intensum & remissum. Nunc est ita quod intensum & remissum in attributis intelligendi non potest sufficere ad hoc quod vnuus actus cognoscatur tanquam affirmativus, & aliud tanquam negativus. Sed solum quod per unum actum apprehenditur obiectum intensum & per factus quā per alium, ergo ex parte cogitationis, vel in telectionis nullo modo potest cognoscere angelus de cogitatione alterius an sit affirmativa an negativa. Et sic patet quod cogitationem nostram vel angelis nullus angelus cognoscere potest quantum ad affirmationem & negationem, & per consequens nec volitionem quantum ad electionem vel fugam, quia quod est affirmatio & negatio in intellectu pratico, hoc est prosecutio & fuga in voluntate vel habetur. Ethicorum.

13. Sed contra hoc obicitur quia secundum Philos. 2. de anima, actus distinguuntur per obiecta, ergo obiectorum differentiam secundum speciem sunt actus intelligentes differentes secundum speciem, cuius oppositū est affirmativum. Et dicendum ad hoc quod quando Philos. dicit quod actus distinguuntur per obiecta, intelligendū est quod obiectis quantum ad communem rationem obiectū secundū quam adaequatur potentia, ut dicatur quod sicut color distinguuntur a sonō sic videre & audire, & non de distinctione obiectorum quā habent sub communī & formalī ratione obiectū, ut dicatur quod sicut albedo differt a nigredine specie, sic differt visus albii à visione nigri secundum speciem, quod patet; quia sicut actus distinguuntur per obiecta sic poterū per actus, vtrumq; dicit Philos. in eodem textu. Constat autem quod potentia visus quae elicit actum videntis ab albedine non differt specie à potentia visus quae elicit actum videntis nigredinem. Sed est vna & eadem, sed differt solum ab aliis potentiis quorum actus feruntur in obiecta differentia secundum adaequare rationem per quam respiciuntur à potentia, quare &c.

14. Huc autem opinioni videlicet quod angelus non potest cognoscere de cogitationibus nostris an sit affirmativa an negativa de aliquo, nec de voluntatibus nostris an sit secundum prosecutionem an fugam, magis concordat cōnūs doctrina, & communis modus loquendi, & plures autoritates scriptura secundum superficiem literarum, & tamē difficile est ea efficaciter probare. Modus enim probandi statim positus patitur calumnia in suppositione illa quā dicitur quod omnes actus intelligentes sunt vnuus species, & in eo quod assumitur in ratione quod inter formas spiritualium non est differentia nisi secundum intensum & remissum. Et primum quidem istorum potest rationabiliter suffici, sed secundum nullo modo est verum. Si enim illud esset verum sequeretur quod per omnes intellectiones intelligeretur eadem, sed per vnam intensum & per aliam remissum quod est manifeste falsum. Quod ergo opinio sit verior ipsa an eius opposita ad præsentem non determinatio. Sed respondeo ad rationes viri quæ parti.

15. Ad primam dato quod intelligere nostrū sit secundum formam intellectus nostri cogniti ab angelō, non oportet tamen quod eius habitudinem ad obiectum secundum affirmationem, vel negationem cognoscatur, cum obiectum viriique sit idem videlicet termini quorum vnuus affirmatur de altero, vel negatur & intellectiones similes si sunt eiusdem speciei.

16. Ad aliud in oppositum dicendum quod solum deus nouit plenē corda omnium hominum quātum ad omnes cogitationes & affectiones, non solum præsentes & presentes, sed & futuras quod nulli creaturæ conuenit, nihil tamē prohibet angelum nostrum cogitationes & volitiones præsentes secundum illos qui dicunt quod omnes differunt inter se secundum speciem.

Sententia non distincione in generali & speciali.

P Ost predicta superest cognoscere. Superior determinauit Magister de conditione & qualitate angelorum. Hic vero determinat de coram distinctione quantum ad ordines & officia. Et diuidit in duas.

Primo

Lib. II. Distinctio. IX.

Primo determinat eorum distinctiones quantum ad ordinis. Secundo quantū ad officia. Secunda in principio decima distinctionis, hic erit inuestigandum est. Prima est principali lectionis & dividitur in duas. Primo determinat sui intentū. Secundo incidenter determinat & tangit quo modo homines assumuntur ad ordinē angelorū secunda ibi, notandum vero est. Prima in tres partes dividitur. Primo determinat ordinē dicit. Secundo distinctionis tēpus. Tertiū distinctionis modū. Secunda ibi, jam nunc inquirere restat. Tertia ibi, prēterea considerari oportet. Prima in quatuor. Primo ponit intentum suū in generali. Secundo prolequitur in speciali rāngendo angelorū dicit. Tertiū proponit nominationis rationē. Quartū proponeat contra dictū obiectū. Secunda ibi, hēc confiderandū est. Tertia, hēc nomina illa. Quarta ibi, fed orientur quæstio. Secunda pars principalis in qua determinat incidenter quomodo homines assumuntur ad ordinē angelorū dividitur in duas partes. Primo mouet quæstionem & soluit. Secundo incidenter adducit quandam determinationem de numero hominum saluandorum tangendo diuersos modos. Secunda ibi, non enim secundum numerum eorum. Hēc est diuinus lectionis, & sententia in generali.

2 IN Speciali sic procedit. Primo proponit novem esse ordines angelorum, & dicit tres ternarios esse distinctos & quilibet ternariū confitare tribus ordinibus quorū tres sunt superiores. scilicet Seraphin, Cherubin, & Throni. Tres sunt mediū. scilicet Dominationes, Principatus, & Potestates. Tres vero inferiores. scilicet Virtutes, Archangeli, & Angelī secundum doctrinā Dionysii. Deinde ostendit quid est ordo dicens, & ordo est multitudo spirituum celestium, qui inter se in aliquo gratia munere assimilantur, & in naturalium donorū participatione conueniunt. Quod patet per exempla, quia Seraphin conuenient in charitatis ardore, Cherubin in scientiæ plenitudine, & si eos qui sunt vniuersi ordinis conueniunt in eo quod illi ordinis propriū est. Postea dicit, quod angelis non conueniunt nomina propter se, sed propter nos (scilicet ut nobis per huiusmodi nominationes innescant.) Nominatur autē singuli ordines à donis gratiarum, que quidem dona, sicut sunt omnibus communia, non tamen æquāliter omnibus conueniunt, sed aliqui sublimius & perfectius hēc dona alii possident, ut superiores ordines inferioribus. Et quanvis omnia dona superiores habeat perfectius, cum superiores ex principibus fortius nominata relinquentes alia ad nominationem inferioribus. Vnde supremus ordo. scilicet Seraphin denominatur ab excellentiori dono, scilicet charitatis. Sequens vero post illum. scilicet Cherubin denominatur à scientia que post charitatē est donum excellentius, & sic de aliis. Postea obicit contra hoc quod dicit secundus ordo, scilicet Cherubin videtur per hoc esse maiori scientiæ quæ Seraphin. Et respondet quod ideo Seraphin non denominantur à scientiæ, quia posteriori dono possent, scilicet charitatis. Deinde querit, vtrum à creationis initio ordines sic fuerunt distincti. Et probat primo quod sic, quia angelus qui cecidi dicitur maior fuisse & de principiis, & potestatibus aliquos secum traxisse, & factos damones, sed contrarium videtur, quia ordines denominantur à donis gratuitis que dæmones non habuerunt. Respondeat quod à creatione non habuerunt distinctionem ordinis, sed habuerunt diuersitatem naturalium donorum. Et secundum hēc receptorē diuersa dona gratuita secundum quae habuissent distinctos ordines si persistissent. Et ideo dæmones dicuntur cecidi de aliquo ordine, quia si permanissent ad illos ordines pertinuerint. Postea querit, vtrum omnes angelii eiusdem ordinis sint æquales. Et licet quidam dicant quod sic, Magister ramen dicit, quod non, quia sicut in ordine Apostolorū & Martyrum quidam sunt alii digniores, ita etiam est in ordine angelorū. Deinde querit cū hoies assumantur ad ordinē angelorū cū non sint nisi 9. ordines angelorū, quō dicitur ordo decimus esse de hoibus. Et respondet quod hoc idee dicitur quia tot hoies saluabitur quorū sunt angelii beati. Et ideo dicitur saluandi tot quod possunt facere vñū ordinē decimū. Ultimo dicit quod numerus saluandorū hominū erit iuxta numerū angelorū qui remanserint. Et hoc probat per beatū Gregorii.

Quæstio I.

149
cit tamē quod aliquibus visum est quod tot saluabuntur quorū angeli coruerunt.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum diuinus Hierar. data à Dion. sit bona. Circa distinctionē istam primo queritur, quid sit Hierarchia. Et videtur quod diuinus data à Dion. non sit bona, quia pars integralis non prædicatur de toto, sed ordo est pars integralis Hierarchie (vt videtur) quia in qua cuncti Hierar. sunt tres ordines secundum Dion. ergo non bene dicitur quod Hierar. sit ordo.

Item diuinus non debet dari per res diuersorum generum. Sed ordo, scientia & actio qua ponuntur in distinctione hierarchie sunt diuersorum generum, ergo &c.

3 IN CONTRARIUM est beatus Dion. qui distinguit hierar. 3. cap. coelestis hierarchie sic, Hierarchia est diuinus ordo scientia & actio, &c.

4 RESPONSO. Ad videndum quid sit Hierarchia, considerandum est supra quid fundetur. Est autē nondum quod angelii omnes beati, licet videant immediate diuinam esenciam in qua visione eorum beatitudo consistit, mysteria tamen grata, & ea quae circa nos agere debent ut reducamur in Deum non noverint nisi querentes eis reuelatur, & de eis illuminantur, & quia ea quae sunt a deo ordinata sunt (ut dicitur ad R. 12.) ideo illuminationes angelorū de mysteriis gratia, & caritatis que per eos circa nos diuinus ordinata sunt fieri, ordine habet. Nam quidam de his illuminantur immediate a deo ut supremi. Alii vero mediae, medi quidē per supremos, & infimi per medios, hēc enim est lex diuinitatis, ut dicit Dio. infima per media ad supremos reducere. Et hic ordo recipiendi diuinas illuminationes, quia ab uno originaliter procedit & dependet. scilicet a deo, & ad unum tendit finaliter, scilicet ut reducamur in deū, vocatur Hierarchia, hoc est facere principatum, ab hiis quod est patrū, & archos quod est principatus. Est enim principatus multitudine ordinaria sub uno principe propter finē que intendit p̄cip̄s. Et ideo facer principatus vel hierar. est ordo beatorum spirituum sub deo in recipiendo diuinas illuminationes ab ipso ut reducamur in Deum. Pater igitur quid sit hierar. & super quid fundetur. Ex quo pater per consequētē quod diuinus data à Dion. est fatus cōpetens, nisi quod expositio indiget. Est autē hēc diuinus: Hierarchia est diuinus ordo, scientia & actio, dei formæ quanto possibile est similius & ad indicatas ei diuinus illuminationes proportionabiliter in dei similitudine cōfondēs. Ac si dicter hierar. est diuinus ordo, id est secundum spirituum celestium multitudo gradū in potestate diuinus ordinatus & distinctione scientia & actio, dei formæ quanto possibile est similius, id est per scientiæ & actionē tendentia quārum possunt ad dei similitudinem. Sed quia aliqui soli illuminantur ut inferiores. Alii vero illuminantur & illuminant ut superiores. Et hi assimilantur Deo perfectius & primi, sicut perfectius assimilatur soli luna, quia lumen recipit & trasfundit & aet qui soli recipit, sed non trasfundit, ideo quoad primos dicit dei formæ quanto possibile est similis, sed quantum ad alios subdit & ad indicatas, &c.

5 Quod autē hēc distinctionis sic expofita sit competēt, pater, continet enim quicquid pertinet ad rationem principatus. In principatu enim est unus finis quem princeps intendit ad quē consequendū requiri diuersitas officiorum, & scientia dirigens in executione, & actio perducens, quia omnia tanguntur in distinctione hierarchie que facer principatus dicitur. Poresias siquidē seu diuersitas officiorum cum dicitur diuinus ordo, scientia vero dirigens & actio perducens cum subdatur scientia & actio, finis autē intentus cum dicitur dei formæ, &c. Vnde Hugo exponēs hanc distinctionem dicit, Hierar. est ordo diuinus, id est poresias à deo ordinata, scientia qua quid faciendum sit intelligent, & actio qua quod intellexerunt agendum perficiant. In ordine officiū, in scientia distinctione, in actione ministeriū significatur, fine ordine actio est presumptio, finis actione ordine negligēria est, sine scientia vero, & actio est reprehensibilis, & ordine inutilis: pater igitur quid sit Hierarchia, & super quid fundetur.

6 Ex quo cōcluditur quod angelii & homines (& loquor de viatoribus) necessario incidat in diuersas hierarchias, quia cū hierarchia fundetur super receptionē illuminationis

Hierarchia ista Dion. est ordo sacratio & scientia & operatio que ad deis milititudinem pro viribus inuitat ac pro modo suo ad illius imitatio[n]em ex industria sibi diuinus intelligibile in se inuenit.

D. B.
Magistri Durandi de

num diuinarum, illa nō pertinet ad eandem Hierarchiā quae non possunt eodē modo diuinis illuminationes recipere, sicut illæ ciuitates non spectant ad eundē principiatū quæ non subsunt eodē modo, & secundum easdem leges, & confuetudines gubernationū principis. Sed angelī & homines nō possunt eodē modo recipere diuinis illuminations, ergo &c. Major pater, & minor probatur. Nam angelī recipiunt diuinis illuminations in intelligibili puritate, homines verò sub similitudinibus rerum sensiblē, ut patet in sacramentis ecclesie & figuris scripturae. Vnde Diony. i. cap. ccl. Hierar. dicit quod impossibile est nobis superlucere diuinum radium, nisi varietate factū velaminum circumcularum, igitur &c.

7 A D. Primum argumentum dicendum, quod ordo quandoq[ue] dicit habitudinem diversarum periorum in eodem officio: & sic est pars Hierar. nec predictatur de ipsa. Alii vero dicunt habitudinem diversorum officiorum adiunictem, & sic est idem quod ordinatio. Et est superior ad Hierar. Et predictatur de ipsa.

8 Ad aliud dicendum q[uod] illud quod nō est vni per se, sed solum ratione ordinis potest notificari per res diversorum generum: talis est Hierar. ideo &c.

Q V E S T I O N E C V N D A.

Vtrum homines assumuntur ad

ordines angelorum.

Thos. 1. q. 103. ar. 8.

S Econdo queritur, vtrum homines assumuntur ad ordinē angelorum. Videtur quod non, quia quicunque differunt in Hierarchia, differunt in ordine. Sed homines & angelī differunt in Hierarchia (ut prius probatum est) ergo &c.

2 Item plus diffat natura hominum à natura angelorum quam natura vnius angelī à natura alterius. Sed angelus inferioris ordinis nunquam assumuntur ad ordinem superioris, ergo &c.

3 IN CONTRARIUM est quod dicit Gregorius, & habetur in litera.

4 Item Matth. 22. promittitur hominibus quod erunt sicut sancti angelii dei in celis.

5 R E S P O N S I O. Homines assumunt ad ordines angelorum potest intelligi dupliciter. Vno modo quantum ad æqualitatem officiū. Alter modo quantum ad æqualitatem premij. Primo modo nunq[ue] assumuntur homines ad ordinē angelorum, quia actus & officia ordinum sunt purgare, illuminare, perficere, custodiare & nuntiare, hoc autem non conuenit sanctis post resurrectionē, nec modo conuenit animabus beatorum secundum communem legem, licet aliqui ex diuina dispensatione quandoque reueauerint, & nuntiauerint aliqua viuentibus, sed priuilegia paucorum non faciunt legem communem, ideo &c. Causa autē huius est forte, quia actus & officia ordinum angelorum circa nos competit eis secundum gradum naturae simili & gratia quam habent inter nos & Deum, ut declarabitur infra dist. ii.

6 Si vero intelligatur de æqualitate premij dicendum quod non omnes homines brevi assumentur ad equalitatem talēm (putte pueri baptizati mortientes anteq[ue] habeat vsum libe. arb.) Cuius ratio est, quia plus potest gratia cum actu meritorio q[uod] gratia sola. Sed pueri decedentes post baptismum ante vsum libe. arb. dabitur gloria proper solam gratiam quā in baptismō receperunt. Angelis autem nō redditur gloria pro gratia cum actu meritorio, quia sūa beatitudinē meruerit, ut dictū fuit prius, ergo amplior gloria est in quolibet angelo q[uod] in pueris baptizatis decederib[us] anteq[ue] meruerint aliquid per actum propriū. Item secundum Magistrum Sent. & alios doctores angelis data est gratia secundum proportionem suorum naturalium, credibiliter etiā est quod pueris in baptismō secundum cōmuneū legem deur gratia secundum proportionem naturalium, quia ex parte eorum non est aliqua differentia, sed est æqualis capacitas naturæ. Cum igitur natura angelica excedat humanaū, videtur quod gratia data angelis in sua creatioē excedat gratia que cōmuniter datur pueris in baptismō, propter quod habendo respectū ad solam gratiam adhuc videtur q[uod] pueri inservient non pertinat ad æqualem gloriam cum minimo angelo. Nec istud est cōtra dictū beati Greg. quia ipse nō

Sancto Porciano

dicit q[uod] omnes homines ascendent ad aliquem de ordinibus angelorum, sed quod ad singulos ordines angelorum aliqui de hominibus assumuntur, quod est verum de illos qui propriis meritis tales gradū sibi acquisuerunt, iuxta quod est intelligendum q[uod] nullus homo per vincum actum meritoriu[m] potest sibi acquirere talēm gradū quamlibet angelus obtinuit per vincū meritoriu[m], quia supposita equali gratia quantitas meriti attenditur secundum quantitatem intentionis actus voluntatis per maiorem bonitatem & decretationem malū. Sed ista intentio fuit maior in angelo in quo fuit secundum totum contum suā nature, ut dictū fuit primo lib. dist. 17. q. 3. q[uod] proficit esse in homine qui est inferioris nature, & in quo appetitus sensitivus retrahit à bono appetitum rationalem, ergo si videtur homo per vincum actū non potest mereri tantum quantū meruit angelus. Nec per confeſsū habet eundem gradū prēmij sicut angelus, propter quod oportet q[uod] hoīes peruenientes ad æqualitatem prēmij cū angelis mereamur hoc per plures actus ex quō multiplicatiōne agetur in eis grata, & meriti amplioris glorie. Et in tantū possunt multiplicari in hominibus actū meritoriu[m] q[uod] potest nō solum attingere aequalē prēmij sicut angelis, sed si perexcēdere, sicut tenet ecclesia de B. Virgine. De Christo autē non est dubium quin sit beator omni angelo, & sit ab instanti sua conceptionis qui non accepit spiritum ad mensuram, exponendo ut alibi expostum est.

7 A D. Primum argumentum pater foliū, procedit enim de æqualitate officiorū secundum actū meritoriu[m] Hierar. attenduntur, & secundum quę angeli in ordinibus Hierar. collocantur.

8 Ad secundum dicendum, quod angelus inferioris ordinis nunq[ue] eleveruntur ad superiorem ordinem nec quantum ad officia, nec quantum ad prēmij. Quia gradū officiorū sunt in beatis proportionabiliter ad gradū naturam quę non mutantur, & gradū prēmiorū secundum gradū p[ro]ficiētū meritoriu[m] qui in angelis nō augentur, nec ex parte gratia quę est radix merendi, nec ex multiplicatione actuum, secus autem est de inerito hominis, ut dictum est.

Sententia huius distinctionis. X.
in generali & speciali.

H Oc etiam inuestigandum est. Superior determinavit Magister distinctionem angelorum quādam ad ordinē. Hic vero determinat eis quantū ad officia digniora que sunt assistere, & ministrare. Secundo quantum ad officia inferiora sicut est custodiare. Secunda incipit in principio. 2. dist. illud quoq[ue] sciendum est. Prima diuiditur in tres. Primo mouet questionem suam & tangit circa eam vnam opinionem. Secundo tangit aliam. Tertio tertiam. Secunda ibi, quibus obicitur. Tertia ibi, alij vero dicunt. Secunda istarum diuiditur in tres. Primo tangit opinionem. Secundo mouet contra eam obiectio[n]em & solvit. Tertio docet secundum eam respōdere ad contrariam. Secunda ibi, hic oritur quæstio. Tertia ibi, quia autem omnes angelos. Haec est sententia lectionis in generali.

2 In speciali vero sic procedit, & proponit primo inquiringo vrum omnes angelī ad exteriores nunciandas mittuntur. Et dicunt quidā quod non omnes mittuntur, quia superiores semper Deo assūtiunt. Et hoc confirmat autoritatisbus. Postea ponit secundum opinionem dicentium omnes angelos mitti, quia Seraphim missus legitur ad Esa. Et ipse filius Dei ad nos missus est. Hanc opinionem non confirmat autoritate Apostoli. Postea obicit contra hoc. Si enim omnes mittuntur, ergo debent dici angelī. Et respondet q[uod] angelī propriè dicuntur qui ex officio & sepius mittuntur. Alij vero rarii mittuntur qui cum mittuntur angelorū nomen suscipiunt, secundum ilud qui facit angelos tuos &c. Ad hoc incidenter ad huius confirmationem determinat de nominibus quorundam spirituum. Et dicit quod secundum istos Michael, Gabriel, Raphael, de superiori ordine sunt, vnde sunt nomina spirituum quorū nominum interpretatione tangit. Alij tamē dicunt quod nomina sunt propria officiorū, vnde quia Raphael interpretatur medicina dei quilibet qui ad medendum mitiatur potest dici Raphael, & similiter

ter